



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Ne clerici, necnon viri religiosi, ante horam tertiam conuiuia ineant. clxv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

C.  
æmo-  
i con-  
onib  
iquo-  
, ver-  
cat,&  
E p  
aliqui  
at. E  
int al  
fisc  
cis,  
cutd  
fisio  
ixam  
bo ir-  
prof  
ibus,  
  
ium  
arian  
nem  
er ta-  
ecem  
deun-  
& d  
iant  
epr  
ndu  
n, i  
& e  
s co  
ibui

DE ECCLE. ORDIN. DECR. LIB. II. 69

qui voluerit panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangat, & singuli singulos bibere faciant, maximè ut ultra tertiam vicem poculum non contingant, & sic ad Ecclesiastis redeant.

*Ne clerici, nec non viri religiosi, ante horam tertiam ineant conuiuia.* Cap. CLXV.

**N**on oportet clericos vel laicos religiosos ante sacrā *Ex cōcil.* horam diei tertiam inire conuiuia, neque aliquando clericos nisi hymno dīcto edere panem, & post cibum *Caritha.* *cap. 12.* gratias auctori Deo referre.

*De presbyteris ut hospitales sint.* Cap. CLXVI.

**V**T curam hospitum, maximè pauperum atque debiliū orphanorum quoque atque peregrinorum habeat presbyter, hōisque ad prandium suum quotidie iuxta *Ex cōcil.* *Hānetē.* *cap. 3.* possibilitatem conuocet, eisque hospitium tribuant.

*De eadem re.* Cap. CLXVII.

**V**T autem omnis occasio rapinæ tollatur, volumus vt presbyteri qui bonum exemplum charitatis omnibus extendere debent, hospitales existant, iuxta dominicum & apostolicum præceptum, & humanitatem præbeant iter facientibus, quia per hospitalitatem placuerunt quidam Deo, angelis hospitio receptis. Et dominus in die iudicij dicturus est electis: Hospes fui, & suscepistis me. Et Iob dicit: Ostium meum semper viatori patuit.

*Vt presbyteri plebes suas ut hospitales sint admoneant* Cap. CLXVIII.

**P**Lacuit vt presbyteri plebes suas admoneat, vt ipsi hospitales sint, & nulli iter facienti mansionē denegent, & vt omnis occasio rapinæ tollatur, nihil carius vendant trāseuntibus, nisi quanto in mercato vēdere possint. Quod si carius vēdere voluerint ad presbyterum trāseuntes hoc referant, & illius iussu cum humanitate eis vendant.

*Vt cibis sacerdotum semper lectio diuina misceatur.*

*Caput CLIX.*

**P**Ro reuerentia Dei & sacerdotum id vniuersa sancta *Ex concil.* synodus statuit, vt, quia solent crebro mensis ocio- *Africa-* fæ fabulæ interponi, in omni sacerdotali conuiuio lectio no. cap 6.